Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5735
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Hec dicta sufficiant de sacrato.
De sacerdotibus indigne con-
ficientibus. Nunc etiam de
indigne sumentibus aliqua ti-
dictam exempla ~~Exemplum~~
In exodo precepit dominus agnum
pascalem assum igni come-
di cum lactucis agrestibus
renibusque succinctis. Si igitur
de agno figuali hec precepta
sunt, quo audebit aliquis
accedere ad escam veri agni
sine igne caritatis, sine a-
maritudine cordis, sine cas-
titate corporis. Nicodemus ut
dominum debite et digne sepeli-
ret attulit mirre et aloes
quasi libras centum et invol-
uit dominum syndone munda
et post sepeliuit in monu-
mento novo in quo nondum
quisquam positus fuerat. Et
tu quisquis es in peccatis sine
mirra et Alloe id est sine
amaritudine penitentie et cordis
contricione, dominum in sepulchro
fetido reponis. Agnus pascha-
lis decima die mensis tolle-
batur et quartadecima die immo-
labatur, per quod ostenditur quod non debet
accedere ad sacramentum eukari-
stie nisi qui precepta imple-
uerit decalogi et preceptum eorum
evangelii. Audi nunc quid me-
rentur indigne communicantes
Exemplum
In hemerode
Conuersus quidam fuit qui
ante conuersionem male vi-
xerat, et in ordine se modicum
emendaverat. Die igitur quadam
cum iret ad sacram communionem
cum ceteris fratribus in hora illa
qua ei sacerdos corpus domini
porrigebat, alius quidam
Conuersus bone multum religi-
osus vidit in os eius mitti non
sacramentum sed carbone inger-
rimum. Lector super dictum carbo-
nem. Hunc poteris assignare.
Quosdam dominus corpus sumen-
tes non sinit ut culpam eorum ma-
nifestet Exemplum
Tempore quodam Con-
uersus quidam de or-
dine nostro infirma-
tus est infirmitate gravi
et peremptoria. Cum confessio-
nem abbas audivisset eumque
satis diligenter ad emenda-
tionem consciencie monuisset, allatum
fuit corpus domini quod quidem
aperto ore suscepit sed os
ad sumendum claudere non
potuit. Mirantibus omnibus
qui aderant sacerdos sacra-
mentum extrahens alteri dedit
infirmo, quod ille devote satis
sine omni suscepit impedimen-
to. Non multo post idem con-
uersus mortuus est et causa
salutem eius impediens reue-
lata est. Decem quique solidi non
argentei sed erei cum esset secundum
consuetudinem ordinis abluendus
circa eum inventi sunt. Non enim
licuit ei habere pecuniam. Qui
glorificaverunt deum videntes